

si aliis eam adsignare intendit, cur non Judæis, quorum mentio in Euangelio reperitur, & quibus nos adscribendam esse probavimus? Quia Brutiorum fuit poena? Gellii commentum fuisse hoc in superioribus ostendimus. Non ergo responsionibus hisce Baronii, & Gregorii, rationibus congruenter occurrit Calvus; nec novum quid addit, quod ulteriori indigeat confutatione.

Devenit postmodum ad Christi crucifixionem, & Brutios quoque hujusce fuisse ministros intendens, hæc addit verba: „ Quanto alla seconda parte del dubbio, che tocca li Crocifissori del Redentore, per necessaria conseguenza ne seguita, che se a i Brutii era incaricato l'esercizio di ministri di giustizia, come di sopra abbiamo detto, parlando de' flagellatori, a medesimi anco s'aspettasse dar a condannati l'ultimo supplicio, e così crederemo, che Calabresi fossero li Crocifissori di Giesù, poveri, meschini, e vili, come si raccoglie dall'haver così avidamente partite tra loro le vesti del Crocifisso, levata la tonica inconfutibile, di cui sotto diremo: *Milites ergo, cum crucifixissent eum, acceperunt vestimenta ejus, & fecerunt quatuor partes, unicuique militi partem Ec.* Onde il dottissimo Blosio dal vedere in essi tanta avidità, e specialmente trattandosi di vesti non preziose o superbe, ma povere dozzinali, quali erano quelle del nostro Cristo, conchiude, che il Redentore *vilissimis scurris traditus est, quorum tanta erat inopia, ut vestes ejus exigui pretii, & simplices; tam sollicitè & exactè distribuerent Ec.* „

Quod si hæc altera ex prima infertur assertione, ut ipsemet Calvus fatetur, illa jam confutata, hæc etiam omnino remanet everfa. Unum tamen aut aliud superaddere, ad majorem oppugnationis vim, non inuti-